UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Siluinus Eps. conf. S. Agape V. & M. S. Constabilis Abbas. 17. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Siluinus Epiſ. Toloſanus, incertum qua cauſa exul, in Flandria viuens, Caſtitate & Abſtinentia & poteſtate in ſpiritus malos præluxit lucernæ Euangelicæ præclarus obſeruator ſub Annum 716.

2. S. Agape V. nobilis Interamnæ floruit, ſub S. Valentini Epiſ. inſtitutione, in Collegio Virginum. In quod cum perſecutor gladius ſæuiret, etiam in ipſam graſſando martyrij contulit coronam.

3. S. Conſtabilis Abbas, in Monaſterio educatus potius neſciuit ſæculum, quam reliquit. Itaque optimam educationem pulchra vitæ forma excepit, cum munere prælati, in quo calumnia tamen non caruit, quaſi opum corraſor. Sed ipſe foſſoribus vanis Theſaurorum reconditorum, poſt mortem apparens, calumniam detexit.

S. Siluinus Epſ. conf. S. Agape V. & M.
S. Conſtabilis Abbas. 17. Feb.

zelus animarum.

Durus ſicut Inferi zelus, per quem peccato morimur, ut vivamus Deo. Ambroſius.

Deus qui nos B. Siluini Epiſ. & conf. tui (B. Agapes V. & M. tuæ: S. Conſtabilis Abb.) annua ſolemnitate lætificas, concede propitius; ut cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur, Per Dominum noſtrum I. Chr. &c.

Ora pro Epiſcopis, &c.